



**Augustini Barbosa ... Collectanea doctorum tam
veterum, quam recentiorum, in ius pontificium universum**

In Qvo Dvo Priores Decretalivm Libri Continentvr

Barbosa, Agostinho

Lugduni, 1669

35. De pactis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95263](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95263)

- 4 Mercator non dicitur ille, qui vendit vinum, oleum, vel granum ex proprio fundo, nec artifex, qui rem emit, ut suo labore, & industria in aliam formam redigat.
- 5 Boves aratorij ad executionem capi non possunt.

CAP. Innouamus. II.

- 1 Tempore belli gaudent securitate Presbyteri, Monachi, peregrini, mercatores, agricolae, & animalia. Colligunt ex Ord. n. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zab. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Holt. Butr. Felin. Anchor. Henric. Viu. in ration. primi libri iur. Pontif. pag. 489. Alagona in compend. iur. Can. pag. 170. remissive Ximen. in concord. p. 1. & 2. refertur ab Ant. Aug. collect. 2. Decret. lib. 1. tit. 2. c. 2. & in c. 22. Concil. Lateranen. & in Panormia lib. 8. c. 147.
- 2 Mercator.] Qui etiam inter miserabiles personas numerantur, ut per Strach. de mercat. p. 1. n. 8. Aduerte pistorem non dici mercatorem, Surd. decis. 115. n. 5. nec illum qui vendit vinum, oleum, vel granum ex propriis fundis, Aloyf. Ricc. in praxi rerum fori Eccles. decis. 375. n. 8. in 1. edit. alias resol. 1. 7. in 2. edit. nec artificem illum qui rem emit, ut suo labore, & industria in aliam formam redigat, Surd. decis. 313. n. 1. bene tamen qui locat equos, vel mulos, Cassan. in consuet. Burgundiae, rub. 4. §. 2. verbo, si elle est marchande, n. 7.
- 3 In gloss. Existens, ibi, sed animalia semper habent, unde pignori dari non possunt. Notatur ad hoc quod boves aratorij ad executionem capi non possunt, l. executores 7. cum auth. seq. C. quae res pignori, apud Lusitanos Ordin. Regia lib. 3. tit. 89. §. 2. 4. apud Castellanos l. 5. & 6. tit. 17. lib. 5. & l. 25. tit. 1. 3. lib. 8. nona recop. Rebuff. tom. 1. ad leges Galliae, tit. de lit. oblig. art. 2. gloss. vnic. n. 101. Menoch. de arbit. casu 378. Bellacomb. tom. 2. commun. opin. lib. 8. tit. 15. n. 90. pag. 279. Duen. reg. 275. vers. limita 1. Azeued. ad l. fin. n. 46. tit. 2. lib. 4. nona recop. Parlad. lib. 2. rerum quotid. cap. fin. p. 5. §. 3. n. 16. & 21. Collantes in comment. in fauorem rei frumentariae, & agriculturae, lib. 1. c. 8. n. 5. Ignat. del Villar in sylua respons. res p. 16. c. 1. per totum, optime Alex. Trentacinq. var. resol. lib. 2. tit. de executione rei iudicatae, resol. 2. n. 1. vbi n. 2. quod procedit in praediis tributariis, & n. 3. in subsidium, & n. 4. etiam quando expresse est factum pactum, ut possit fieri executio in bobus aratorij, & n. 5. limitat in bobus indomitis. Aduertas huiusmodi privilegia extendi ad agricolas, qui per substitutum, suosque famulos agriculturam exercent, Ignat. del Villar d. c. 1. n. 37. quicquid dicat Collantes d. tract. lib. 2. cap. 2. num. 1. & 2. Extenditur etiam quando tempore contractus reus erat agricola, licet tempore executionis desineret esse, Ignat. del Villar d. cap. 1. n. 36. Alex. Trentacinq. var. resol. lib. 2. tit. de expensis, resol. 2. num. 2.



De Pactis.

TIT. XXXV.



UPER hanc rubr. scripserunt Zabarell. Bellam. Ioan. Andr. Imola, Anania, Bald. Panormit. Felin. Butr. Guillelm. Durand. in breuiario aureo iuris Canonici, fol. 18. verso, Ioan. de Londris in breuiaria sanctorum Canonum, fol. 165. verso, Petr. de Rau. in compendio iuris Canonici, Martin. McNart. in opitome De-

cretalium, for. 40. verso, Dan. Venator. in analysi methodica iuris Pontificij, a pag. 110. Goffred. & Host. in summa huius tit. Alex. Cassan. & Anastal. Germon. in paratilis ad quinque libros Decretal. Lancel. in insit. Canon. Canif. in summa eiusdem iuris, Cafarel. in erotem. eiusdem iuris, Barthol. Carthag. in exposit. titulum iuris Canon. nouissime Ioan. Honor. lib. 1. sum. in Decret. omnes sub hoc tit.

De pactis peculiare tractatus edidit Bald. de Vbaldis, Andr. ab Exea, Franc. Duaren. Greg. Natta, Ioan. Baptista Caccialup. habentur tom. 6. tract. Doctorum, & Mathaeus Cuno, Nelfric. Vlricus Nunnus, Alphanus, Otthom. & Aequina. Baro in disputat. de pactis, Mendoc. in disput. ad tit. ff. de pactis, Vigel. in comment. de pactis, & in variis tractatibus scripserunt Nauat. tom. 1. consil. sub tit. de pactis, Sayx. in floribus, decis. sub eod. tit. Soar. Vilalob. & alij tom. 1. commun. opin. lib. 2. tit. 3. de pactis, Cotta in memorabilibus, verbo, pactum, Cardoso in praxi iudicum, & aduocat. verbo, pactum, Rendina in promptuario recept. sent. tom. 1. tit. 83. de pactis, Morla in emporio iuris Civilis part. 1. tit. 3. de pactis, Card. Mantie. de tacitis, ambig. conuent. lib. 2. 4. tit. 1. Paul. Laym. in Theologia mor. lib. 3. tract. 4. cap. 1. & de pactis futurae successionis, Anton. Contius, & de pactis conuentis inter decoltores, & creditores, Stracha tom. 6. tract. Doct. p. 1. fol. 321. & de pactis, & promission. pro obtinenda gratia, vel iustitia, Virginus de Boccacis, Martin. Nanat. & de pactis francandis, Nicol. Mongiorgius.

SYMARIUM.

- 1 Pacta etiam nuda seruanda sunt.
- 2 Pax seruanda.
- 3 Pacta sunt seruanda.
- 4 Pacta rumpere grane est apud Deum, nedum apud homines.
- 5 Fidem fallere graue est.
- 6 Pactum nudum quid sit, & quando inducat actionem de iure Ciuili, & Canonico, & quid si sit iuratum & inter mercatores, remissive.

CAP. Antigonus I. Ex Conc. Afric.

PACTA quantumcumque nuda seruanda sunt. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Zab. Collect. Bellam. Holt. Ioan. Andr. Imola, Anania, Bald. Anch. Panorm. Felin. Butr. Henric. Boich. Mant. Cened. collect. 31. Viuian. in rationali primi libri iuris Pontificij, pag. 492. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 172. remissive Ximen. in concord. part. 1. & 2. & volum. 3. repet. super ius Canonicum. Fotun. Garcia, defumi vulgo dicitur ex Conc. Africano, sed recte Cont. in margine scripsit ex Concil. Carthaginens. I. cap. 12. refertur ab Anton. Angust. collect. 1. Decret. lib. 1. tit. 26. cap. 1.

Pax seruetur.] Vide quae dixi ad rub. de treuga, & 2 pace, & ibi citatis adde Azeued. per text. in l. 1. tit. 2. lib. 6. nona recop. vbi a n. 2. tradit quibus rationibus pax non seruetur.

Pacta custodiantur.] Notatur ad hoc quod pacta sunt seruanda, l. 1. §. si conueniat, ff. de positi, l. 1. ff. hoc tit. Liuisgentium, §. Praetor ait, ff. eod. cum similibus citatis per Menoch. conf. 1. n. 226. cum seqq. & conf. 92. n. 33. & conf. 93. n. 30. & conf. 156. n. 46. & 54. & de arbit. lib. 1. q. 57. n. 6. Gom. var. tom. 2. c. 8. n. 4. colum. 2. Surd. de alimentis, tit. 7. q. 18. n. 12. & decis. 259. n. 5. & decis. 260. n. 12.

n. 12. & conf. 345. n. 9. Cald. Pereira de renouat. emphyt. q. 11 n. 1. ad finem, Marc. Anton. var. lib. 1. resolut. 53. n. 5. Hieron. Glach. in conf. de moneta Marchesana, à n. 33. Cardin. Tufch. tom. 6. lin. P. concl. 3. & 4. Lusitan. Fr. Anton. à Sousa in releit. de censuris Bulla Cæne, c. 26. disp. 101. n. 1. Rot. in Romana, seu Comen. Societas 5. Julij 1627. coram R. P. D. Vbaldo metipsum in tract. Axiomatum iuris freq. Axiom. 173. ex n. 1. Equitati enim nihil magis conuenit quam pacta seruare, l. 1. ff. de ad. edict. l. 1. ff. de constit. pecun. Surd. conf. 183. n. 11. Et nulla est maior iustitia quam seruare pacta, d. §. si conueniat, c. 1. §. si id propter quod, qua fuit prima causa benef. amitt. Et rumpere pacta graue est apud Deum, ne dum apud homines, l. 1. ff. hoc tit. quia pacta dant legem contractui, Cald. Pereira d. q. 11 n. 19. & æquiparantur legi, l. ult. C. de rebus alienis non alien. imo rumpunt leges, Marc. Anton. d. resolut. 53. n. 6. Vnde graue est fidem fallere, & promissa non adimplere, Thom. de Thomat. reg. 135. Hyppol. sing. 42. Couar. de sponsalib. p. 1. c. 3. §. 4. num. 1. Flamin. de confident. q. 6. n. 3. Tiraq. l. 1. connub. num. 42. Lara l. si quis à liberis, §. si mater, n. 2. ff. de liberis agnosc. Menoch. conf. 156. n. 2. Matienf. l. 1. gloss. 1. à n. 1. tit. 16. lib. 5. noua recopil. plures per Cened. ad Decret. collect. 1. 10. n. 1. Roland. conf. 83. n. 3. vol. 3. cum aliis per me citatis ad c. 3. n. 2. in ff. hoc eod. tit. Anton. Quenad. diuers. q. c. 30. n. 13. ad fin. Nicol. Moron. de fide, treuga, & pace, q. 17. ex n. 1. Rojas sing. 63. Petr. Martin. in cap. assertio, de presump. in verbo, assertio p. 1. num. 19.

6 Pactum nudum quid sit, quando inducat actionem de iure Canonico, & Ciuili? quid sit iuratum? & inter mercatores? sunt quaestiones, quæ sedent in hoc text. sed quia ad eas tractandas, & decidendas magnus sese offert disputandi campus, quod non conuenit breuitati, cni consulimus, ideo qui eas scire cupit, consulat Couar. in cap. cum in officiis, n. 9. ad finem, de testam. & in cap. quauis pactum, p. 2. §. 4. à n. 12. Anton. Gom. tom. 2. var. c. 9. num. 2. Socin. reg. 14. vers. 9 fallit. Alciat. lib. 5. paradox. c. 3. Conan. lib. 5. comment. iuris Ciuilis, c. 3. n. 1. Vacan. à Vacuna nouarum declarat lib. 1. declar. 23. Hyppol. de Marfil. in rub. de fideiussor. n. 357. & 359. Maranta de ordine iudiciorum, p. 6. tit. de iuramento, & quando, n. 35. Anast. Germon. animaduersionum lib. 1. c. 4. Angel. in §. in personam, n. 17. Institut. de actionib. Perez l. 3. tit. 8. lib. 3. Ordin. & l. 1. vers. dubitatur 2. tit. 8. lib. 4. Ord. Azuad. per text. ibi in l. 2. tit. 16. lib. 5. noua recopil. Madera in animaduersionibus iuris Ciuilis, c. 9. à principio, Gregor. Lop. l. 3. verbo, qualquier tit. 6. p. 5. Auiles ad cap. 10. Pratorum, verbo, execut. n. 20. Ferdinand. Mendoça disp. iuris, lib. 3. c. 9. q. 5. n. 31. Martin. Monter. in rub. C. de pactis, ex num. 25. & in legem quam, ex n. 3. 11. & 14. eodem tit. Alphan. collect. 168. Paul. Granut. theorem. 9 ex num. 1. Capellin. milleloq. 793. Nicol. Mozz. de contractib. artic. 3. de ordine contractuum, à numero 22. Mench. illustrium quest. cap. 45. num. 15. Matienf. l. 3. gloss. 1. à num. 3. tit. 16. lib. 5. noua recopil. Ceual. commun. contra communes, q. 315. & q. 543. Baptista in arario communium opin. litera A. num. 3. Guttier. de iuram. confirmat. p. 1. cap. 34. Menoch. de arbit. lib. 1. q. 57. n. 5. & conf. 1. n. 236. cum seqq. Cardof. in praxi iudicum, verbo, pactum n. 6. Morla in emporio iuris, p. 1. tit. 1. q. 1 & 2. Ioseph. Lud. Pernsina decif. 9. à n. 26. Cottam in memor. verbo, pactum, pag. mihi 632. vbi de pacto nudo mercatorum, Viuiam. tom. 1. com. opin. lib. 1. tit. 3. n. 13. vbi in princ. dicit etiam de iure Ciuili pactum nudum producere actionem in foro mercatorum, & in vers. limitatur quoque, idem asserit de pacto nudo geminato, Strach. de mercat. in pls.

p. tit. quomodo procedendum sit in causis mercat. n. 6. & tit. de except. n. 11. Seraph. de priuilegiis iurament. priuileg. 19. Molina de iustitia, tom. 2. tract. 2. disp. 257. col. 2. in med. & disp. 256. vers. secunda conclusio, & tom. 6. tract. 5. disp. 34. n. 2. Rebello de oblig. iustitia, p. 2. lib. 10. q. 1. à n. 17. cum seqq. plures Doctores refert Cened. ad Decret. collect. 31. n. 5.

SVM MARI VM.

- 1 Conuentio inualida per consensum superioris validatur.
- 2 Ratihabitio retrotrahitur ad diem celebrati contractus, & mandato æquiparatur, nisi agatur de præiudicio tertij.

CAP. Quoties. II. Greg.

Conuentus, seu pactio duorum subditorum, aliàs nullo adueniente consensu, vel ratihabitione superioris omnino consolidatur. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zab. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Anania, Bald. Imola, Burr. Panormit. Innocent. Hostiens. Ancharan. Viuiam. in rationali primi libri iuris Pontificij, pag. 492. Alagona in compendio iuris Canonici pag. 172. remissiuè Ximen. in concord. p. 2. desumitur ex D. Gregor. lib. 7. epist. 60. registri, refertur ab Ant. Augult. collect. 1. Decret. lib. 1. tit. 26. cap. 2.

Collige ex text. ratihabitionem retrotrahi ad diem celebrati contractus, & mandato æquiparari, conc. reg. ratihabitionem, de irregul. iuris in 6. Bertachin. in repet. iuris, p. 4. verbo, ratihabitio, Surd. decif. 70. à n. 20. Bernard. Graue. ad practicam Camera Imper. lib. 1. concl. 47. confid. 2. n. 9 nisi agatur de præiudicio tertij, Surd. decif. 245. n. 8. Brunor. à Sole in locis communib. verbo, ratificatio, num. 1. Bernard. Graue. d. confid. 1. num. 20. Vel quando actus ad quem deberet trahi fuisset nullus à principio, Flamin. de resign. lib. 9. q. 17. num. 71.

SVM MARI VM.

- 1 Index debet studiose agere ut promissa adimpleantur.
- 2 Fidem fallere, & promissa non adimplere graue est.
- 3 Princeps grauius peccat frangendo fidem quam inferior.
- 4 Pollicitatio actionem, & oblationem non inducit.

CAP. Qualiter. III.

Index studere debet, ut ea quæ promittuntur opere compleantur. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zab. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Innocent. Anania, Burr. Imola, Bald. Panorm. Felin. Anchar. Hostiens. Cened. collect. 110. Viuiam. in rationali primi libri iuris Pontificij, pag. 493. Alagona in compend. iuris Canonici, pag. 171. remissiuè Ximen. in concord. p. 1. & 2. desumitur ex D. Greg. lib. 8. epist. 38. registri refertur ab Anton. Aug. collect. 1. Decret. lib. 1. tit. 26. cap. 3.

Graue enim finem fallere, & promissa non adimplere, ut per Hyppol. sing. 42. Couar. de sponsalib. part. 1. cap. 3. §. 4. numero 14. Rojas sing. 63. Tiraq. in l. 15. connub. num. 42. Lara in l. si quis à liberis, §. si mater.

mater, n. 23. ff. de liberis agn. Menoch. conf. 156. n. 22. Marienf. l. 1. gloss. 1. à n. 1. tit. 16. lib. 5. noua recop. Cened. ad decretal. collect. 110. n. 1. Roland. conf. 85. n. 3. vol. 3. Crauet. de indignitate mulier. n. 30. Ant. Quetada diuers. q. c. 20. n. 13. ad fin. Nicol. Moron. de fide, triega, & pace, q. 17. ex n. 1. Sed grauius est Principi ratione dignitatis, ille enim grauius peccat fidem frangendo, quam inferior, Aym. Crauet. conf. 241. n. 19. vol. 2. Cephal. conf. 45. n. 10. vol. 4. Roland. conf. 1. n. 32. vol. 2. Menoch. conf. 1. n. 27. & conf. 72. n. 3. faciunt tradita per Peregrin. conf. 87. n. 11. vol. 1. Nihil enim est quod magis refulgeat in Principe quam recta fides, l. inter claras, C. de scdm. Trimi. Alex. conf. 54. n. 15. vol. 4. Roland. conf. 1. n. 53. vol. 3. Rodolph. de suprema Princ. potest. c. 6. n. 184.

Notatur etiam ad hoc quod promissio seu pollicitatio actionem, & obligationem non inducit, de quo vide Couar. d. 4. ex n. 15. Vin. tom. 2. comm. opin. lib. 8. tit. 3. n. 71. pag. 364. Olan. in antinomia iuris, l. 1. P. n. 36. Anton. Gom. var. tom. 2. c. 11. n. 5. & c. 9. à n. 1. Socin. reg. 14. vers. amplia, Ferdinand. Mendoca lib. 1. diff. iuris Civilis, c. 9. q. 5. n. 3. vbi de intellectu Morla in emporio iuris, p. 1. tit. 1. q. 2. n. 14. Martin. Monter. in rub. C. de pactis, à n. 25. Greg. Lop. l. 1. verbo, gran. pro, tit. 11. p. 5. Peres. l. 1. vers. est tamen dubitandum, n. 8. lib. 3. Ordin. Marienf. l. 7. gloss. 2. à n. 15. tit. 30. & l. 2. gloss. 1. à n. 7. tit. 16. lib. 5. noua recop. D. Barbosa in l. 1. ff. solutio matrim. p. 3. n. 14. Cened. de collect. 110. num. 4. cum seqq.

S M M A R I V M.

1. Pactum non valet per quod beneficium Ecclesiasticum debet pecunia resignari.
2. Conuentio de soluendo expensas, & fructus processionis iuris, est illicita.
3. Renuntiatio facta cum pacto, ut resignarius soluat resignanti expensas factas in illo beneficio consequendo, est simoniaca.
4. Renuntiatio litis super beneficio pecunia, aut alio temporalis est simoniaca, etiam si recipiatur nomine expensarum.
5. Resignatio dicitur simoniaca, quae fit cum pactione, & modo.
6. Pecuniam dans pro renuntiatione litis super beneficio ad redimendam vexationem, si ius habuerit, non peccat.
7. Pape auctoritas, & scientia excusat à vitio simoniae inducitur de iure positio.

CAP. CUM PRIDEM. IV.

Alexand. III.

Pactum de cedendo liti beneficii, & de aliquid accipiendo pro expensis factis est illicitum, & simoniacum. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anania. Host. Bald. Anchar. Panormitan. Felin. Butr. Mant. Vinian. in rationali primi libri iuris Pontif. p. 493. Alagona in compendio iuris Canonici, pag. 172. remissiuè Ximen. in concord. p. 1. & 2. refertur ab Ant. August. collect. 1. Decret. lib. 1. tit. 26. c. 4. & est post Concil. Lateran. part. 28. cap. 1. tit. de passionibus licitis, & illicitis.

Probat hic text. quod conuentio de soluendo expensas, & fructus pro cessione iuris est illicita, vt per Put. lib. 2. dec. 40. & ita simoniam committit is,

qui pro temporali commodo recipiendo renuntiat liti super beneficio Ecclesiastico, aut alio spirituali, vt per Valer. Reginald. in praxi fori penitent. lib. 2. n. 253. & vide quae dixi ad cap. nisi essent, infra de prabend. Sic enim renuntiatio facta cum pacto, vt resignarius soluat renuntianti expensas factas in illo beneficio consequendo est simoniaca, vt per Flamin. de resignat. lib. 14. q. 7. n. 1. Ita etiam illicita est renuntiatio litis super beneficio pro pecunia, aut alio temporalis, etiam si illud recipiatur nomine expensarum, Flamin. d. lib. 14. q. 3. n. 5. vbi n. 6. reddit rationem ob turpitudinem, & fraudem quae posset committi.

Notatur etiam ad hoc quod resignatio dicitur simoniaca, quae fit cum pactione, & modo, vt per Couar. lib. 3. variar. cap. 5. num. 34. & 5. Mascard. de probat. concl. 1395. num. 10. Redoan. de simonia part. 1. cap. 10. Flamin. de resignat. lib. 14. q. 1. num. 48. & q. 16. num. 11. & lib. 14. q. 3. à princ. & q. 7. num. 1. Azor. instit. moral. part. 2. lib. 7. cap. 27. q. 6. & 7. latè Farin. p. 4. conf. 75. Soar. de religione, tom. 1. lib. 4. de simonia, c. 51. n. 19.

In gloss. Illicita, ibi, Si verò cum ius habeo, dederò tibi pecuniam redimendo vexationem meam, non peccat. Ita Abb. hic n. 9. Nauar. in man. c. 23. n. 101. Flamin. d. lib. 14. q. 3. n. 7. vbi ait procedere iste dans ob redimendam vexationem non erat certus de iure suo, puta qui erat dubius, & citat Abb. d. loco, Nauar. d. cap. 23. sub numero 101. vers. 8. Maiol. de irregularit. lib. 6. cap. 45. numero 4. Rebuff. in praxi, tit. de simonia, n. 10. & 21.

In ead. gloss. ibi, Excusatur auctoritas Pape. Notatur ad hoc quod auctoritas, & licentia Papae excusatur à vitio simoniae inducitur de iure positio, vt per Ioan. Andr. Cardin. & Anton. de Butr. in c. 1. de simonia, Castad. dec. 2. sub d. tit. de simonia, Abb. in c. ad quaestione, supra de rerum permut. Dec. conf. 141. quia tunc videtur dispensare, Caccialup. de pension. q. 19. n. 17. & 18. Redoan. de simonia, p. 1. c. 25. n. 27. & p. 2. c. 12. n. 19. quos refert & sequitur Flamin. d. lib. 14. q. 3. n. 15. cum possit dispensare, Card. Parif. conf. 30. n. 3. 4. & 5. vol. 4. Redoan. d. c. 12. à princ. Flamin. d. q. 3. num. 11.

S V M M A R I V M.

1. Pactum de succedendo post mortem Praelati in ipsius Ecclesia non valet.
2. Super alterius hereditate pacisci non potest, nisi eius voluntate interueniente.
3. Successio in Ecclesia Dei prohibetur.

CAP. ACCEPIMUS. V.

Ecclesiae concessa cum pacto quod post mortem accipientis alij nominatim succedant, tanquam inique, & contra ius renocanda sunt, ita vt nec admittatur appellatio. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Collect. Zabarel. Innoc. Bellam. Ioan. Andr. Anania. Butr. Anchar. Host. Panormitan. Bald. Felin. Imola. Vinian. in rationali primi libri iuris Pontificij, pag. 403. Alagona in compendio iuris Canon. pag. 173. remissiuè Ximen. in concord. p. 1. refertur ab Anton. August. collect. 1. Decretal. lib. 1. tit. 26. c. 5. & est post Concil. Lateran. p. 28. c. 4.

In gloss. Nominatim, ibi, quia non possumus pacisci de hereditate alterius, nisi eius voluntate. Ita Couar. in cap. quam pastum, hoc tit. lib. 6. p. 3. in princip. num. 1.

in fine, & p. 2 rub. de testam. n. 15. vers. sed hac, Anton. Gom. l. 22. Tauri, num. 30. & tom. 1. var. c. 11. n. 14. post princ. Hyppol. conf. 106. n. 12. Tell. Fernandez l. 6. Tauri, n. 64. Bernard. reg. 524. Socin. reg. 344. Tiraq. in l. si unquam, in princ. n. 142. & verbo, donatione largitus, n. 267. & de iure mariti, gloss. 8. n. 299. Menoch. conf. 1. n. 139. cum seqq. & conf. 92. n. 9. cum seqq. Mench. freq. c. 44. & de success. creat lib. 1. § 18. n. 198. & seq. Molin. de primog. lib. 2. c. 3. Guttier. in d. quamvis pactum, in initio, n. 35. & de iuram. confirm. p. 1. c. 32. Seraphin. de privilegiis iuram. privi. 10. Crass. in § successio ab intestato, q. 9. n. 12. Surd. de aliment. tit. 9. q. 1. n. 4. & 5. Spin. in specul. gloss. 4. princ. n. 100. Molin. de iustitia, tract. 1. diff. 271. Gam. decis. 377. Cabed. p. 1. decis. 64. n. 1. & 5. Valasc. de partit. c. 16. n. 41. & 42. Castil. lib. 3. quodid. c. 9. In gloss. Canonibus ibi, Qui prohibent successionem in Ecclesia Dei fieri. Ita Concil. Trident. sess. 25. de reformatione c. 7. Host. in c. praesentium, supra de silis presbyt. Flamin. de resignat. lib. 1. q. 1. n. 11.

SUMMARIVM.

- 1 Ecclesiam acquirens per pactum augenda pensionis debet ea privari, & alias canonice puniri.
- 2 Clericus, qui facilius beneficii obtinendi causa promissit se maiorem pensionem soluturum, quam ferre pensionem quae, non est tutus in conscientia.
- 3 Pensio an ex toto, vel ex parte remitti debeat, si fructus beneficii, fuerint ex parte diminuti, vel ex toto perierint, remissus.

CAP. CUM Clerici. VI.

- 1 Ecclesiam qui consequutus est mediante promissione promissionis maioris solito soluenda conferenti beneficium, est privandus Ecclesia sine appellatione, & puniendus seneritate Ecclesiastica. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Zab. Coll. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Innoc. Anan. Anch. Butr. Panorm. Felin. Henric. Bald. Host. Viu. in ration. primi libri iuris Pontif. pag. 494. Alagona in compendio iuris Canon. pag. 173. remissus Ximen. in concord. p. 2. refertur ab Ant. August. collect. 1. Decretal. lib. 1. tit. 16. c. 6. & est post Concil. Lat. ran. p. 28. 8.
- 2 Hanc eandem quaest. ex hoc text. desumit Azor. instit. moral. p. 2. lib. 8. c. 22. q. 12. vbi q. 13. allerit huius text. decisionem procedere in clerico, qui vt parochialem Ecclesiam assequatur, mentitur fructus excedere summam centum aureorum, cum re vera eam quantitatem non attingant, & idem Azor. p. 1. lib. 12. c. 11 q. 8. tenet simoniacum esse offerentem maiorem pensionem soluendam ex beneficio ad id facilius cōsequendum, aduertens vt ij, qui in Romana Curia auctoritate Romani Pont. promouendi sunt ad beneficia, cauere debeant ne cum p. tunc vt sibi beneficia conferantur, expriment maiorem solito proventuum valorem, vt facilius beneficia assequantur.
- 3 In gl. Pensiones, ibi, sed pone quod facultates Ecclesiae sunt agmentate, nunquid pensio aebet augmentari. Hinc etiam non abs re quari potest, an pensio ex toto, vel ex parte remitti debeat si fructus beneficii fuerint ex parte diminuti, vel ex toto perierint calu aliquo, videlicet vel bello, vel hostium incurfu, vel incendio vel inundatione aquarum, de qua quaest. vide Gozad. conf. 33. Ludon. Roman. conf. 369. incip. vna primum, vers. quod sexum. Gig. de pension q. 62. Bellencin. de charit. subsidio, q. 43. Flamin. de resignat. lib. 1. q. 8. n. 48. & 49. Azor. d. lib. 8. c. 13. q. 3.

Tom. I.

CAP. Plerique. VII. Innoc. III.


Ecclesia quando locant domos, vel pradia, vel infendant cum pacto prauidiciali Ecclesiae parochiali, quod, v.g. eis soluant decimas, vel apud eos eligant sepulturas, pactum reprobatum tanquam nullum, & quicquid habuerunt occasione huius pacti, restituitur Ecclesiae parochiali. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Coll. Zab. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Bald. Anch. Panorm. Butr. Viuian. in rationali primi libri iuris Pontif. pag. 494. Alagona in compendio iuris Canon. pag. 173. refertur ab Anton. August. collect. 4. Decretal. lib. 1. tit. 15. c. 1. desumitur ex Concilio generali Lateran. c. 58.

CAP. Pastores. VIII. & fin.

Gregor. III.

Pactio, & conventio omnis pro spiritualibus habendis debet cessare, nec sunt alienius momenti. Idem dicendum est in aliis rebus quando pactum est contra salutem animae. Item pactum turpe, vel rei turpis, vel impossibile de iure, vel de facto nullam obligationem parit. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Coll. Host. Zab. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Bald. Anch. Panorm. Butr. Henric. Viuian. in rationali primi libri iuris Pontif. pag. 495. Alagona in compendio iuris Canon. pag. 173. remissus Ximen. in concord. p. 1. & 2.

Probat hic text. in spiritualibus, & beneficiis prohibitam esse omnem pactionem, & promissionem, vt per Spin. in speculo testam. gloss. 7. n. 33. Azueud. per text. ibi in l. 8. n. 8. tit. 1. lib. 7. noua recap. Et quod beneficium Ecclesiasticum absque onere & conditione ab Episcopo sit conferendum, tenet Cald. Pereira de potestate eligendi, c. 16. n. 5. vers. quo argumento, Valer. Reginald. in praxi fori pami. lib. 30. tract. 3. n. 246. & late ad plures quaestiones in hac materia viles, Nicol. Garc. de benef. p. 8. c. 1. per totum. A Papa tamen collatio fieri potest cum onere, & sub conditione etiam de futuro, & quae non insit alternatiue, copulatiue, & ad tempus, c. pastoralis 7 q. 1. Franch. in c. 2. de election. lib. 6. n. 4. Selu. de benef. p. 3. q. 20. n. 2. & 5. Rebuff. in praxi benef. tit. requisita ad collationem bonam, n. 14. Nau. in c. si quando de rescript. pralud. 2. Azor. instit. moral. p. 2. lib. 6. c. 26. q. 1. quos refert, & sequitur Nicol. Garc. d. c. 2. n. 50.



De Transactionibus.

TIT. XXXVI.



VEER hanc rubr. scripserunt Zab. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Bald. Panorm. Dec. Butr. Guillelm. Durand. in breuiario aureo iur. Can. fol. 38. vers. Petr. de Rauenna in compend. iur. Can. Martin. Meñart. in epitome Decret. fol. 41. Dan. Venator in analysi method. iur. Pont. a pag. 117. Azor. Goffred. & Host. in sum. huius tit. Alex. Cassan. & Anast. Germon in paratilis ad quinque libros Decret. Barch. Carthaginen. Cc